Ad THOMAM FRANCIUM,

Helmst. 1591.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]

30 1,-260,-4°
(LN bis 225)

DA BOX

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]

Francius. 30c. 260

Ad cl. virum.

DN. THOMAM FRANCIVM I. V. D. LEGVM INTERPRETEM IN AC. VItæbergenſi: ducentem virginem eximiam ANNAM Iuriſconſultiſſimi viri & oratoris præſtantiſſimi VITI VVINSHAEMII conſiliarij regij Danici, & Megapolitani, filiam:

GRATVLATIO

IOANNIS CASELII

ALTERA ALBERTI CLAMPII.

Ad ipſum ſponſæ patrem.

HELMAESTADII

Excudebat Iacobus Lucius. Anno M. D. XCI.

1782

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]

30 1. - 260. - 40

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]

IAm nunc Franciadæ docto & Vinſæmidi caſtæ,
O culti iuuenes, quos muſa ditat Apollo,
Albidos ad ripam, depromite voce canora
Læta mele, Nathan placido quæ littore Baltes
Audiat, Aiſocles viridem miretur ad Elmum,
Expers inuidiæ penitus tabentis vterq;:
Namq; bonis ſemper volupe eſt animiq́; leua-
Si videant paſſim lætas florere per vrbes (mẽ,
Dotibus ingenij & multa virtute iuuentam.
Hoc eſt viuere: ſi qui fortè ætate peracta
Talia non cernant oculis; haud viuere dicam,
Cum patriæ & proprio moribundi in funere ſpirent.
Sed neq; carminibus cuiquã contendero: nec
Artifici cultu numeri me fortè decebunt:(iam
Sat mihi, ſi tenuis placeat conatus amicis:
Sat mihi, ſi rata ſint, hæc quæ fero vota tonãti.
Hoc potiꝰ, bone Frãciada, quẽ prędicat omnis
Iampridem populus tàm rara ſorte beatum:
Seu patriã & ſtudia & mores, & cætera ſpectẽt.
Ecquis enim priſcã non nouit Virginis vrbẽ?
Cœlo vbi templorum ſeſe faſtigia tollunt,

Aura-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]

Auratiq́; foro medio ſtat marmor Othonis:
Iuſtos & dites videas, forteſq́; pioſq́;,
Parthenopæ ciues. Merito non vile putamus
In patria laudata & honeſto ſanguine naſci.
Et rerum natura parens te finxit ad artes
Ingenuas: quarum latè præconia fulgent.
Artibus ingenuis mores animuſq́; politur,
Primaq́; viuendi ſimul ornamenta parantur,
Seu te publica res, ſeu te priuata requirat.
Te muſis comitarus amœnos duxit in hortos
Phœbus, vt eximiè pictas, animiſq́; ſalubres
Perlegeres herbas tener, & corde Attica mella
Imbiberes. Cũ te Paredros Iouis ergo videret
Haud leuiter doctum: neq; iam niſi prima pe-
tentem.
Sponte Themiſtêi te duxit in intima: ſed nec
Arcani quid iuris erat, quin omne ſacratis
Hærenti in ſtudijs, aperiret voce diſerta.
Hæc, ait, hæc ſerua, totaq́; his vtere vita:
Et, quãuis labor eſt, benè diſceptantibus æquũ
Diuide, vel iuuenes noſtri duc iuris in arcem:
Sic ait imponens viridem, ſacra præmia, laurũ
Fronti Franciadæ. Præſtò bonus accola Laini,
Et bonus & doctus Vehius fuit: ipſe ſodalem,
Mori-
Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]

Moribꝰ & vultu linguaq́ꝫ & pectore pulchrū,
Muſica Leucoridos reparatæ in tēpla locauit.
O ſi honos redeat Saxonum priſtinus Albæ,
Quem memini: referam benè nota: aduertite
mentem.
Poſtquā cycnus ouans, niuei rex agminis vnꝰ,
Suſtulit ad ſuperos ſeſe pernice volatu;
Palladiæ in ramis oleæ vocalis Aëdon
Fūdebat querulū liquido de gutture carmen,
Quod reliquarum aures auium mentemq́ꝫ iu-
uaret,
Quod poſſent quoqꝫ tutò imitari quæqꝫ volu-
cres.
Celſa Elatæ ſoror in ſaltu ſurgebat amœno,
Vertice ſublimi, diffuſa cuius in vmbra
Sæpè quieſcebat Muſis operata iuuentus:
Fulmineo tactu quæ poſt exaruit omnis,
Nunc iterum fato nulla non parte vireſcit.
Additus Antionus cuſtos florentibus hortis,
A magno Tamia Philyres ex arce profectus,
Fuſte Reatinos nodoſo, finibus iſtis
Agnœaq́ꝫ Oncoq́ꝫ ſatos, vægrandia monſtra,
Onchethmonq́ꝫ, Ocnonq́ꝫ & Leron & Hyth-
lon, agebat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]

Impiger: hinc ipſum pueri dixere Rudentem,
Salſe adeo: ſiquidē nollet tibi parcere Cantho.
Nec non Vitus ibi Coa clarebat in arte:
Ortelidûm decus, & Vinſæmæ nobile ſydus:
Hellados aſſertor. Nec enim Danai quid habebant
Arcanæ Sophiæ, quin ſedulus ingenij vi,
Perpeteq́; obnitēs ſtudio penetraſſet eampſe:
Idem Teutoniæ ſcriptorum plurima pubi
Reddidit interpres culto ſermone Latino:
Eſt Oloro natus locuples, ſed & ordine longo
Sunt alij teſtes: nec tanto munere fungi
Chryſopylus quierit, nec Gazes, ſiue Tifernas
Rectius, vt fuerint ipſi de gente Pelaſga:
Valla nec, aut Vallæ ſimilis, qui vixit in vrbe.
Viti etiam ſalibus niueis feſtoq́; lepori
Doctorum Albiacis ceſſit chorus omnis in ar-
Vt tacitum tota fuit hoc dicente corona! (uis.
Tam gratum lepido manabat flumen ab ore.
Hac, veluti propria, formabant arte Lacones
Martigenas natos, ne quamuis bellica proles,
Tætrica vitam ageret triſtem, caſſamq́; quietis,
Et ſimul exacuens celeri præcordia motu,
Tempore conſilij rationes quiſq; videret.

Nec

Nec nihil hoc ad te, neq; neſcis, ſponſe, putan-
dum eſt,
Quando loco viuis, quem paucis verſibꝰ edo:
Quando viri tanti neptem tibi ducit ad aram
Ipſe pater ſponſæ Vitus, cui parcere rectũ eſt:
Vt ne fortè premi nimia ſe laude queratur:
Præterea ipſa ſuum nouit Germania ciuem;
Præq; alijs Heruli, Cimbriq;, & Baltica tellus,
Cis mare magnæ vrbes, opulentum trans ma-
re regnum.
A teneris clari exemplo, ductuq; parentis,
Cecropiam Latiamq; duas ſibi condidit arcas:
Neutiquam veterum veræ ſapientiæ inanes:
Hinc haud Pæonias etiam ſe vertit ad artes,
Et Themin & Hermen veneratus pectore toto,
Ad ſolis rutilum iubar & nocturnum ad oliuũ:
Euganeus quod Brenta, quod ipſum piſcifer
Albis
Non negat, annorũ loquitur quod ſerior ætas.
Ergo virum prę alijs valdè Fridericus amabat,
Rex, hominum cenſor, ſapiens, artisq; fideiq;
Cenſor, & athlothetes; hic largè præmia Muſis
Virtutiq; dabat: quaſi quondam Euergeta ma-
Seu quis conſilio ſacro linguaq; diſerta (gnus:

Siue animo fortis nitidis præſtaret in armis.
Regis tãti animus quoq; nũc poſt fata relucet:
Quãdo tuas tædas cohoneſtat Apitius hoſpes,
Clarus homo genere, & doctrina, & amicus
amicis,
Hoc voluit ſapiens regina, quaſi ipſa iuberet,
Quod faceret, niſi rex in cœlo degeret æuum.
Omnibus ex his in te quàm bona multa re-
dundant,
Franciade, meritò vt mihi felix eſſe puteris:
Anna tibi quando nubit Vinſæmias: Annæ
Quis non virgineos mores, faciemq; venuſtã
Miratur? celebrãt vrbes; ego proloquar vnum.
Sophroſynæ ſtatuit caſto ſub corde ſacellum
Virgo, ſed ipſa adyti veneranda antiſtita virgo
eſt, (ſebieq;:
Vna habitant Aedos, Philomochthiaq;, Eu-
At fugit inde omni faſtus cum gente ſuperba.
Ergo vides tibi quę tu, quę nos cũq; precamur,
Vt ſperes: modo tu cuſtodi hæc omnia, Franci
Peruigil, & ſudans proprijs virtutibus auge.
Sit pedibus firmis facilis, ſit curſibus acer,
Qui quærat capiti palmæ victricis honorem.

ALBER-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]

ALBERTI CLAMPII
Ad ipſum ſponſæ patrem
GRATVLATIO.

VInshæmi facunde, loco qui principe dignus
Inter honoratos Pithûs hoc tempore myſtas,
Aſtrææq́; tuo merito meritiſſimo haberis:
Qui, quid ſit iuſtum, quid ſummis regibus in rem,
Quid populi ex vſu, quid ciuibus vtile priuis,
Nouiſti melius Labeone & Papiniano.
Cum tua nata ſuos connubij amore penates
Mutet, & ipſe vnà Veſtamq́; laresq́; paternos
Ex interuallo, poſtliminioq́; ſalutes,
Gaudia ad immenſa, & pactos properans hymenęos;
Non potui non verba tuæ bona dicere natæ:
Cui, licet impenſis ingentibus omnia dones,
Quæ cum dote petit mundus muliebris, inaures,

Torques, armillas, ſpinthera, ſtalagmia, ve-
ſtem;
Hoc tamen imprimis perhonorificum eſſe
videtur, (tuiſq́;
Quod te eſt apta patrem (quæ dos eſt ſumma)
Ad probitatem ſub penetralibus enutrita.
Nam quis inauditum ſibi, & ignotū eſſe que-
Quàm præclara tuæ ſeſe pręconia famę (ratur,
Dididerint omnes terrarum fuſa per oras?
Quis tua nectareo mellis contacta liquore
Verba, quibus varios alijs inducere motus,
Et mollire queas vel Thracū pectora, neſcit?
Sed tibi iam muſæa mele mihi fundere nō eſt
Conſilium, nec opem blandæ implorare Ca-
mœnæ
Ad rem, quæ pueris innotuit, exponendam.
Ante fauoris habes, quātū tibi velle libido eſt,
Nec tua laus hodie, vel pridem exordia cœpit.
Sit votorum igitur vindex fortuna meorum,
Vt tua viuendo procudat plurima ſæcla
Progenies, videantq́; ſuos tua pignora natos,
Qui teneris ſectentur aui veſtigia ab annis.
Tu vero ante alios felix Franciſce maritos,
Nomine, req; mihi, tantū non cognite vultu;
Albios

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]

Albios aduerſo migrantem in Saxonas amni
Lætus habe VVinshæmiadem, intrepidusq́; puellam,
Quæ ſupra æquales in Treuæ mœnibus altis,
Parthenice velut alba nitens, roſeumue papauer,
Virgineo comitata choro, inſigniq́; virorum
Agmine, caſta venit; nec poſt inuita tuos ſe
Fundet in amplexus, licitiq́; ſubibit Amoris
Molle iugum, vt pulchra faciat te prole parentem.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]

Det kgl. Bibl. Bogb.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 225 [30:1,-260 4°]